



FRANC.

HOTOMANI  
IVRISCON-

SULTI, Auctor.

damnati; opus vero cum  
expurgatis geminum  
Francogallia.



*Edidit*  
*Collegia* *Mag. d.*  
*Arzopo*

Ex officina Iacobi Stœrij.

1573.



ILLVSTRISSIMO  
ET POTENTISSIMO PRIN-  
CIPi AC DOMINO, DOMINO FRI-  
derico Comiti Palatino ad Rhe-  
num, Bauariæ Duci, &c. Romani  
imperij Electori primario, Domi-  
no suo clementissimo. S. P.



ET VS verbum est, illu-  
strissime Princeps, Patria  
est ybicunque est bene:  
Teucro Telamonis filio  
attributum: multisque seculis com-  
probatum. nam fortis animi excelsi-  
que videtur esse, vt cetera incommo-  
da, sic etiam exiliū æquo animo fer-  
re: ingrataeque patriæ, tanquam no-  
uercæ, iniurias contemnere. verum  
ego longè esse arbitror secus. nam si  
parentum mores atque adeò asperi-

**F R A N C . H O T O M .**

**I V R I S C . F R A N C O -  
G A L L I A .**

*De statu Galliae priusquam à Romanis in pro-  
uinciam redigeretur.*

**C A P . I .**



**O**GITANTI mihi de Fran-  
cogallię nostrę institutis, quã-  
tum ad vsum Reipub. nostrę,  
& horum temporum oppor-  
tunitatē satis esse videbitur,  
conscribere: principiò exponendum vi-  
detur, qui Gallię status fuerit, antequam à  
Romanis in Prouincię formam redigere-  
tur. Nam quę de gentis origine, & anti-  
quitate, de bellicis laudibus, de regionis  
situ, & natura, priuatorúmque moribus, a-  
pud Cæsarem, Polybium, Strabonē, Am-  
mianum, & reliquos scripta extant, nota  
sunt omnibus, mediocriter quidem erudi-  
tis. Intelligendum est igitur, eo tum statu  
Galliã fuisse, vt neque vniuersa vnius im-



potius appellanda esse, aliis libris nostris demonstrauius.

¶ *De iure Regalis capillitij.*

CAP. IX.



o c loco non alienum videtur, aliud Maiorum nostrorū institutum commemorare, de Regio capillitio. nam memoriae proditum est, singulare quoddam ius capillitij apud Maiores nostros fuisse, vt qui Reges à populo creati, aut regio genere prognati essent, comā alerent, eamque à fronte discriminatam, vnguētilque delibutam, decus atque insigne regium, regiaque stirpis haberent. reliqui ciues omnes quamuis illustri loco nati, tamen capillitij ius non haberent: sed propter assiduos (vt credi par est) in re militari labores, raso vel detonso capite incederent: quemadmodum de Iulio Cæsare & plerisque aliis Romanæ historiæ commemorant. Aimoin. lib. i. cap. 4: Regem verò ceterarum more nationum Franci sibi eligentes, Pharamundum solio sublimant regio: cui filius successit Clodiocri-